

DILUCIDATIONIS  
SELECTARUM  
S. SCRIPTURÆ  
QUÆSTIONUM  
PARS PRIMA


IN  
QUA DILUCIDANTUR QUÆSTIONES  
IN

LIBRUM GENESIS.

AUTHORE

F. MARTINO WOUTERS

ORD. EREM. S. P. AUGUSTINI, IN  
ALMA UNIV. LOVAN. SACRÆ THEO-  
LOGIÆ LICENTIATO, ET SS. LITER.  
PROFESSORE.



*Cum Approbationibus & Censuris.*



WIRCEBURGI,

IMPENSIS IOANNIS IACOBI STAHEL,

BIBLIOPOLÆ A CELSISSIMO SPECIALITER

PRIVILEGIATI. MDCCCLXIII.

*Schias*

# CENSURA.

**D**ilucidationes variarum quæstionum in *Librum Genesis* Authore Eruditissimo Patre *Martino Wouters*, Ord. Erem. S. P. Augustini, in Alma Universitate Lovan. Sacræ Theologiæ Licentiato &c. utiliter in lucem edentur. Dabam Lovanii 9. Maji 1753.

F. SCHEPPERS,  
*S. U. & S. Th. Lic. Reg. &  
Apost. Lib. Cens. Eccles. Colleg.  
S. Petr. Lov. Can. & Decanus.*

---

## APPROBATIO ORDINIS.

**E**x commissione A. R. P. M. Provincialis legimus librum, cui titulus: *Dilucidationis selectarum Sacræ Scripturæ Quæstionum pars prima, in qua dilucidantur Quæstiones in Librum Genesis*, in quo nihil Catholicæ Fidei adversum, sed præcipuas Sacræ Scripturæ difficultates invenimus juxta communem SS. Patrum mentem explanatas, & dilucidatas: quare hunc librum valde utilem, ac proinde prælo dignum censemus. Lovanii 10. Maii 1753.

F. JOSEPHUS MAUGIS,  
*Ord. Erem. S. P. Aug. in Alma  
Univ. Lovan. S. T. D. R. & Profes-  
sor, ac nuperrimi Provincialis Capi-  
tuli Præsidens.*

F. CHRISTIANUS BERT,  
*ejusdem Ord. in Alma Univ. Lov.  
S. Theol. Licent. Studii Theologici  
Regens, ac Provinciæ Definitor.*



# DILUCIDATIO IN LIBRUM GENESIS.

## PRÆFATIO.



Libri, quo nascentis mundi primordia  
narrantur, omniumque ejus partium  
structura atque exornatio describitur,  
*Geneseos* nomen accepit. Si verò à  
materiæ dignitate commendetur voluminis alicu-  
jus claritudo & nobilitas, præclara sanè & exi-  
mia est hujus libri materies. Quid enim mundo  
aspectabili in rebus a Deo conditis, mole majus,  
varietate admirabilius, specie magnificentius,  
ornatu elegantius, disertissimo partium omnium  
ordine, miroque earum inter se quasi concentu  
quodam, consensuque venustius? Quid ad inge-  
rendam mortalibus unius Dei notitiam aptius?

Si autem, ut fieri solet, Scriptoris nomen &  
gloria librum quemdam decorat atque nobilitat,  
magnum profectò hujus libri est elogium. Moyse  
namque (ut infra probabitur) ejus author est, vir  
quantò dignior omni laude, tantò omni laude ma-  
jor. Qualis enim & quantus fuerit Moyse, tribus  
libris profecutus est Philo Judæus, & uno Gre-  
gor. Nyssenus, ubi totius vitæ gesta mysticè ad ex-  
primendos viri perfecti mores transferuntur.

Ex ejus libris manifestum evadit, illum fuisse  
summum Historicum, sive veritatem, primam  
historiæ laudem, spectes, sive longissimi tempo-